

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Venerabilis Beda presbiter: Sermo zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

absit. Non solae tenebrae  
erunt. non eis sola tollitur  
species qua gaudebant. sed  
datur etiam quod in aeternū  
gemant. Ne contempneres  
enim tenebras. o quisquis es  
flagitiosus. qui soles propter  
tua mala facta. et propter  
lasciua adutteria. non solū  
tenebras non horrere. sed que  
rere. Qui soles plus gaudere  
quando lucerna extinguit.  
non tales tenebras habebis  
ubi gaudebis. ubi laeteris.  
ubi te uoluptatibus carnis  
oblectes. Non sic erunt ip  
sae tenebrae. sed quomodo  
erunt. Ibi erit et fletus et  
stridor dentium. Tortor si  
ne defectu. tortus sine defe  
ctu. ne qui torquet fatiga  
tur. nec qui torquetur morit̄.  
Ergo erunt aeternae lacrimae  
illis qui sic uixerunt. Erunt

aeterna gaudia scorum. quan  
do uenientes uenient in exul  
tatione portantes manipu  
los suos. Dicent enim mes  
sis tempore domino suo.

Onē. adiuuante te fecimus  
quod iussisti. redde quod  
promisisti in aeternum.

**IT̄ IN ESTIUIT MARTIN.**

**LE. SCI. EV. SEC. LUC. A.**

**I** N illo tempore.

O es cendens iue de monte.

stetit in loco campestris.

Et reliqua.

**SERMO VENERABILIS.**

**BEDA PRI.**

**DE EADEM**

**LECTIONE.**

**TIPSE ELE**

**uatis oculis**

**in discipulos**

**suos dicebat. beati pauperes**

quia ur̄m est regnum dī. Etsi  
 generaliter omnibus loquitur.  
 specialius tamen oculos salua  
 tor in discipulos leuat. ut his  
 qui uerbum intenta cordis  
 aure percipiunt. latius sapo  
 ris intimi lumen aperiat.  
 Cui simile est quod matheus  
 ait. Et cum sedisset. accesserunt  
 ad eum discipuli eius.  
 et aperiens os suum docebat  
 eos dicens. Beati pauperes  
 spū. Nam quibus os in mon  
 te sedens aperit. ut magna  
 sublimiter audiant. in eos  
 oculos stans in campo dirigit.  
 ut audita patenter intelle  
 gant. Beati itaque paupe  
 res. non utiq. omnes. sed illi  
 tantummodo qui omne prae  
 sentis saeculi tam etsi altum  
 uideatur pronihilo culmen  
 ducunt. Qui merito regni  
 caelestis perhibentur mune

re digni. quia delectationis  
 humanae probantur cupidi  
 tate nudati. Qualem se rex  
 dauid pauperem sustinuisse  
 declarans ait. Ego uero ege  
 nus et pauper sum. Et alibi  
 non modo terrestria. sed &  
 ipsa pro dno super caelestia  
 paru pendens dicensq. Quid  
 enim mihi restat in caelo. &  
 ate quid uolui super terram.  
 Mox ubi spei suae fixisset ancho  
 ram subdendo manifestat.  
 mihi aut adherere dō bonū  
 est. ponere in dno dō spē meā.  
 Alioquin nonnulli miserrima  
 conditione paupertatis. et  
 hic saeculi gaudis ab inopia  
 rerum. et ibi regno dī ob me  
 ritorum nequitiam carent.  
 Beati qui nunc esuritis. quia  
 saturabimini. Quid esurire  
 beati. quid sitire debeant  
 matheus exponit. uidelicet

X.

XI.

iusticiam. Apertissime nos  
instituent. numquam nos sa-  
tis iustos aestimare debere.  
sed cotidianum iusticiae  
semper amare. immo arde-  
re profectum. Cuius per-  
fectam saturitatem non in  
hoc saeculo sed in futuro pos-  
se prouenire. supernorum  
desiderio psalmista flagrans  
ostendit qui ait. Ego autē  
cum iusticia apparebo in con-  
spectu tuo. satiabor dum  
manifestabitur gloria tua.  
Potest simpliciter accipi. bea-  
ti qui nunc esuritis. qui casti-  
gatis corpus ur̄m et seruitu-  
ti subicitis. qui infame et siti-  
uerbo operam datis. quia  
caelestium tunc gaudiorū  
habebitis ubertate perfrui.  
**XII.** Beati qui nunc fletis. qui ari-  
debitis. Non temporalium  
damna commodorum. sed

uirtutum detrimenta spiri-  
tuum qui flent. aeterna  
beatitudine consolabuntur.  
Ubi non nra solum. sed et pro-  
ximi iubemur commissa de-  
flere. Quem si ut nos diligi-  
mus. consequenter illius &  
profectu nos gratulari. et  
defectu necesse est tribula-  
ri. Nec solum tribulari. ue-  
rum ad lacrimas usq. succen-  
di. Sic enī samuel & dā pecca-  
tum saulis & interitū lugens.  
sic peccatricem dñs ipse fle-  
uit super ciuitatem. et mestus  
compassus sororibus. lazaru  
quem diuina erat maiestate  
resuscitaturus. humanapri-  
us miseratione deflebat.  
Mystice significans eos qui pec-  
cati morte sopiuntur ut re-  
uiuescere queant. e proximis  
esse plangendos. Quod autē  
nunc flentes risuros esse pro

mittat. non pueriliter accipiendum est. sed scripturae more risus nomine. mentis exultatio et affectus quidam laetior intellegendus est esse designatus. sicut sarra. risu inquit mihi fecit ds. Et in iob dictum est. Os autem ueritatum replebitur risu.

Per quae ut dixi nomina gaudium animae figuratur interior. Beati eritis cum uos oderint homines. et cum separauerint uos. et exprobrauerint. Qui propter diuitias hereditatis xpi in scis. propter panem uitae aeternae. propterq. spem caelestium gaudiorum. fletus. esuriam. paupertatemq. pati desiderat. beatus est. Multo aut beator. qui has inter aduersa uirtutes seruare non trepidat. quia odiant

licet homines corde nefando. dilectum xpo cor ledere nequeunt. separent et synogoga depellant. xpc inuenit et confirmat. Exprobrent nomen crucifixi. ipse commortuos sibi conresuscitat. et confedere facit in caelestibus. Et eiecerint nomen urm tamquam malum propter filium hominis. Nomen urm quod dicit nomen xpianorum significat. quod agentibus iudaicisq. saepissime quantum ad ipsos memoriae abrasum. et ab hominibus eiectum est. nulla tam existente causa odii. nisi propter filium hominis. Quia uidelicet nomen xpi credentes suum uoluerint facere cognomen. atq. ideo nominis summi persecutores hominum non in merito nomine notantur. Beati inquit

eritis cum uos oderint homi-  
nes. Oocens eos ab hominib.  
insectandos. sed ultra homi-  
nes esse beandos. Gaudete  
in illa die et exultate. ecce  
enim merces uera multa in cae-  
lo. Non hoc a quolibet pati-  
ente. sed ab eo qui superne  
tantum mercedis intuitu  
patitur. praeceptum potest  
impleri. Ut scilicet inter o-  
dia cordium. inter probra  
linguarum. inter ipsas per-  
sequentium manus aequa-  
li immo laetiori adhuc cor-  
de uersetur. Non ad hoc  
nri similes ualent. sed eoru  
qui ibant gaudentes a con-  
spectu concilii. quo digni  
habiti sunt pronomine  
ihu contumelia pati. Qui  
ergo multa in terris pro xpo  
sustinet aduersa. multa  
in caelis pro xpo recipiet dona.

Ceterum quanta ab helia uer-  
borum iacula falsi sustinue-  
re prophetae quos deridens  
dicebat. Clamate uoce ma-  
iore. ds enim est bahal. et for-  
sitan loquitur. Aut induer-  
sorio est aut in itinere. Aut  
certe dormit ut excitetur.  
Quantam dedere stragem.  
qui octingenti simul et quin-  
quaginta sunt interempti.  
Uerum quia bahal et non xpc  
in causa erat. nec irrisi gau-  
debant nec occisi palmam  
sed paenam meruere peren-  
nem. Secundum hec enim  
faciebant prophetae pa-  
tres eorum. Bene exemplo  
adhortatus est. quia uera  
dicentes solent persecutio-  
nem pati. nec tamen ideo  
pphaetae antiqui timore  
persecutionis aueritatis  
praedicatione defecerunt.

Notandum sane quia sicut  
 matheus per octo quas posu-  
 it beatitudines. octauam  
 spei nrae perfectionem que  
 resurrectionis gloria dedica-  
 tur insinuat. ita lucas per  
 quattuor uirtutes amplecti-  
 tur cardinales. Beati enī  
 pauperes qui per temperan-  
 tiam a mundi refrenantur  
 illecebris. Beati esurientes  
 qui sua fame commoniti.  
 esurientibus esse miseren-  
 dum. et ipsi per iusticiam  
 miserentur ut ualent.  
 Nam elemosinam quā xp̄o  
 non nra donamus. sed sua  
 reddimus. iusticiam recte  
 dici testatur psalmista qui  
 ait. Dispersit dedit pau-  
 peribus. iusticia eius  
 manet in saeculum saeculi.  
 Iusticia est enim qua sua cuiq̄  
 tribuimus. nemini quicquā

debentes. nisi ut inuicem  
 diligamus. Beati qui per  
 prudentiam inter bonum  
 uinoscentes et malum. oc-  
 cidua flere. et ad aeterna  
 nolunt anhelare. Beati  
 qui per fortitudinem fidei  
 omnia ualent molesta tole-  
 rare. Igitur qui necdum  
 consummate uirtutis arcē  
 conscendere ualent gene-  
 ralis interim perfectionis  
 sunt beatitudine perfouen-  
 di. quatenus ab omni paula-  
 tim ad meliora progressi-  
 dum consistentem in plantie  
 domū libenter auscultant.  
 ad hunc quandoq̄. in monte  
 sedentem sublimiter ascen-  
 dant. Nam quorum adhuc  
 edomandis instruendis que  
 cordibus insistit. hos quasi  
 stans quisitus laborantis est  
 affatur. Quos uero longo

studii spiritualis exercitio prom-  
tos iam iamque ac dociles in-  
uenit. his libertate ac digni-  
tate magistri quasi quietus  
saluator residens. mystica  
quaeque de supernis intimat.  
Quae spiritualium differentia  
perfectuum in israeliticae ple-  
bis est habitu pulcherrimis  
expressa figuris. ubi uulgus  
omne quibuslibet uestibus  
utens in quattuor angulis  
palliorum hiacynthinae sibi  
fimbrias est facere praecipit.  
Sacerdotes quattuor habere  
uestes. totidem mysticis co-  
loribus mira uarietate di-  
stinctas. pontifices et eaque  
sacerdotes et alia quattuor  
indumenti genera. colorum  
quidem eorundem sed subli-  
mioris gratia dignitatis. &  
auro interlucente corusca  
et patriarcharum atque ipsi

us domini nomine redimita gesta-  
re. Quae per singula uel  
exponere uel solum propo-  
nere proprii industriam  
spectat operis.

**IN ESTIUIT MARTYR &  
LEC. SCI. EU. SEC. MIII.**

**I**n illo tempore dixit ihesus discipu-  
lissimus. **S**i quis uult post  
me uenire. abneget semet  
ipsum. et tollat crucem suam  
et sequatur me. Et reliquum.

**OMELIA BEATI  
GREGORII PP.  
DE EADEM  
LECTIONE.**

**VIADN**

**AC REDEM**

**PTOR**

nr nouus homo uent  
in mundum. noua praecpta  
edidit mundo. Vitae enim  
nae ueteri in uitis enutrite

